



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

85 Quando conceditur ad tertiam generationem, quae fieri debeat
computatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- aliter l. 1, C. de jur. emphyt. Specul. de 82
 emphyt. num. 5, lib. 4, par. 3, Clar. sentent.
 lib. 4, §. emphyteusis, quest. 4, in princ.
 Alex. cons. 112, num. 4, lib. 1, Ias. dictal.
 num. 11, & melius enim 61. vers. contra-
 riam partem, ubi testatur quod ita com-
 munitur tenetur, idem tenet gloss. in cap.
 1, §. postquam ver. in scriptis, ubi plures 83
 casus enumerantur, in quibus requiritur
 scriptura de consil. in 6, & pluribus modis
 emphyteusis conceditur.
- 79 Primò, † dando aliquid à principio
 concedenti, ut puta centum, vel ducen-
 tum aureos, aut aliam summam, & po-
 stea modicam pensionem annuam con-
 stituendo in recognitionem potius directi
 dominij, quàm fructuum percipiendò-
 rum compensationem, Bar. in l. in princ.
 & ibi Ias. nu. 1, C. de jur. emphyt. & Ale-
 xand. dicto cons. 112, n. 3, vers. 6, quia, 84
 quæ emphyteusis † hoc modo concessa
 semper erit laicalis, quia prohibita est
 bonorum ecclesiasticorum distractio,
 tam ex antiquorum canonum dispositio-
 ne, ut cap. sine exceptione, & cap. non li-
 ceat Papa, ubi etiam Archid. 12, questio-
 ne 2, quam per extravag. ambitiosæ, de
 reb. eccles. non alien. & concil. Trid. in
 cap. 11, de reform. siff. 22.
- 81 Secundò, † emphyteuticus contractus
 tacitè plerumque celebratur cum pater-
 familias dubitat, substantiam suam ma-
 ximo labore, aut aliàs ab ipso, vel suis
 primogenitoribus partam, liberos brevi
 tempore consumpturos, qui, ut quan- 85
 tum in eo est, posteritati consulatur,
 confitetur, & se recognoscit rem propria
 scienter ab ecclesiæ Prælate in emphyteu-
 sim perpetuam habere, tenere, & de di-
 recto ipsius ecclesiæ dominio possidere.
- Quo casu † sibi præjudicat in dominio
 suo, Bart. in l. si aliquam rem, num. 9,
 ff. de acquir. possess. & in l. cum falsa, nu. 1,
 & 7, C. de jur. & fact. ignor. lib. 4, par. 3,
 & in l. ad probationem, nu. 13, C. eod. tit.
 & post alios, quos citat Ias. in dicta l. 2,
 num. 177, C. de jur. emphyt.
- Hoc enim modo † pater providet de-
 scendentibus, ne filij possint dicta bona
 in præjudicium descendentium alienare:
 imò, nec, si delinquerent, potent ea-
 dem bona publicare, sed apud filios &
 nepotes debent perpetuò remanere, Bart.
 in l. eum, qui, nu. 3, ff. de interd. & relig.
 Ias. in eadem l. 2, nu. 151, ver. addo quod,
 C. de jur. emphyteu. & hæc est magis
 communis opinio, de qua post plures
 ibi citatos testatur Alexand. in cons. 23,
 num. 4, lib. 1, & cons. 89, in princ. lib. 4.
- Tertiò, † dando prædium sterile ei,
 qui illud vult reducere ad culturam, vel
 aream, super qua fabricare intendit, &
 in recognitionem directi dominij, quid
 minimum, puta unum, aut duos denarios
 annis singulis directo domino persolvit,
 ut per Spec. de loc. & emphyt. lib. 4, par.
 3, §. nunc aliqua, num. 3, & 9.
- Et conceditur emphyteusis aliquando
 in perpetuum, quandoque ad tempus,
 cum pacto de renovando, & interdum
 ad tertiam generationem, Specul. eodem
 §. nunc aliqua, num. 5, vers. item quando-
 que contrahitur, Bald. in l. 2, num. 9, C.
 de jur. emphyt. & Ias. in l. 1, num. 6, & l.
 2, num. 166, eod. tit. & regulat. ite. † quan-
 do emphyteusis conceditur ad tertiam
 generationem, in prima generatione
 computatur persona ipsius acquirentis,
 qui facit primam, filius secundam, & ne-
 pos ex filio tertiam, ut per Bald. in auth.
 si

si quas ruinas, num. 4, & de sacrosan. eccl. & Iul. Clar. sent. lib. 4, §. emphiteusis, quæst. 34.

86 Quarto, † quando, servatis servandis, ecclesia dat domum, seu prædium ecclesiasticum de mensa ecclesiæ laico in emphiteusim perpetuam, seu ad tertiam, sive aliam generationem, aut aliud limitatum tempus sub annuo conventu, canone, seu responsione, Apostolica auctoritate ad formam dictæ extravag. ambitiosè, cap. 1, eodem titul. in 6, & Rot. divers. decis. 178, num. 8. & 10, par. 2.

87 Primo casu, † quo emphiteusis est laicalis, emphiteuta pro illo utili dominio debet onera pro sua portione, & dominus directus pariter pro sua subire, idque semper procedit, & servatur quando-cunque sumus in emphiteusi laicali & in his terminis procedit opinio, Iul. Clar. sentent. lib. 4, §. emphiteusis quæst. 46, ubi testatur ita à senatu servari solere, cuius opinio (cùm scripserit in terminis, in quibus directus dominus onera tenetur pro sua portione persolvere) necessariò procedit inter directum dominum & em-

88 phiteutam laicum † cùm personæ ecclesiasticæ, & eorum bona ab omnibus oneribus laicalibus sint exempta, Abb. in 90 cap. fin. de reb. eccl. non alienan. Ancharan. conf. 12, num. 2, vers. sed sic circa, Ruin. conf. 3, col. 3, & 8, lib. 5, in huiusmodi terminis, etiam procedunt allegata per Alexan. conf. 10, lib. 1, n. 11, conf. 35, num. 12, lib. 4, & conf. 4, num. 3, lib. 5, qui consulit inter personas merè laicas, & super bonis merè laicalibus, ut aperte colligitur ex facti specie eorundem consiliorum, & dict. conf. 101, num. 11, ubi incidenter tangit, & refert opinionem

scribentium, laicum teneri ad collectas solvendas propter fructus, quos percepit, & doctores tenere, ita de consuetudine solitum esse servari. Unde consuetudo præsupponit jus commune in contrarium, & quid hoc casu, & alijs contra immunitatem, & libertatem ecclesiasticam operari possit consuetudo, infra patebit.

89 Quòd autem † emphiteuta bonorum ecclesiasticorum respectu utilis dominij onera persolvere teneatur, tenentur Ifern. & affl. in tit. qua sint reg. in ver. plaustrorum. Luc. de Pen. in l. 1, colum. 2, C. de impon. Luc. deser. lib. 10. Alexand. Federic. de Sen. Soc. Ias. Birun. Purpur. & Craver. quos citat, & sequitur Sol. in comment. constit. antiq. Sab. sub rubr. de jur. emphiteut. glossa 2, num. 26, quibus addo Alvar. Valas. de jur. emphiteut. quæst. 17, sub num. 11, & Molin. tract. 21, de contrad. disput. 456, num. 5, dummodò in ultimam ipsius rei deducatur ea summa, quam pro ipsa re nomine pensionis, vel census, præstat ecclesiæ, ut inquit gloss. super cap. Reg. Caro 2, sub rubr. quod Cler. cleric. viv. non com. vers. adde quod si res ecclesiastica. Contrarium tamen ex eo apparet, † quòd statuta laicorum non includant bona ecclesiastica; etiam quòd eorundem bonorum utile dominium sit penes laicos, quod probat text. in cap. qua in Ecclesiæ, & ibi Abb. num. 2, Imol. num. 7, Dec. num. 6, alias num. 9, Bero. num. 6, Mantun. num. 8, & 7, Riminal. Iun. num. 61, & seq. de constitut. facit cap. bene quidem circa fin. 96, distinct. Et hæc est communis opinio canonistarum, quam tenet etiam in l. private num. 2, C. de excus. Hun. lib. 10, qui inquit Pe-

rubi